



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis**

**Chapeauville, Jean**

**Mogvntiæ, 1612**

33. Quis illis, qui in duabus parochiis ex æquo habitant, in vna æstiualem,  
in altera hyemalem domum habentes?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41077**

quia cum nullam certam habeant parochiam, necessario censentur esse illius, in qua pro tempore huiusmodi necessitatis reperiuntur.

Dices: Vagabundi non sunt melioris conditionis quoad sacramenta, quam incolae & alii: Sed incolae alicuius loci non habent tot pastores ad quot loca commigrare volunt. Ergo, &c.

R. Negando Consequentiam, magna enim est ratio diuersitatis, quia incolae certum aliquem pastorem habet, isti nullum. Nec propterea melioris sunt conditionis, quod pastor loci, in quo in tali necessitate reperiuntur, fiat illorum pastor, tum quia non habent actu nisi unum pastorem, tum quia incola, si casu peste corripiatur in extera patria, ille in cuius parochia continget illum peste corripi, fiet illi pastor.

### QVÆSTIO XXXIII.

*Quis illis, qui in duabus parochiis ex aequo habitant in una æstivalem in altera hyemalem domum habentes.*

Quæstionis explicatio.

**I**N hac quæstione duo videntur facere difficultatem. 1. quod huiusmodi domus solent esse vicinæ. 2. quod altera æstivalis, videtur magis ad aliquam animi recreatio-

F 3 nem

§6 DE NECES. ET MOD. MINIST.  
nem quam ad habitationem seruire: dicam  
quid videtur probabilius.

*Responso.*

**S**i, ut ponit quæstio, quis ex æquo habi-  
tet in duabus domibus, videtur primū  
is parochus teneri, in cuius parochia repe-  
ritur cum peste inficitur, & illo absente aut  
officium facere detrectate, alter parochus  
si vocatus commode illum adire potest. Ita

**a** In c. Pla- Nauarrus, (a) & est valde conforme iuri ca-  
cuit, nu. 77. c. nonico, quia ut reue estillius parochus, &  
q̄d quis, de- cum talis moritur, tenetur vtriq; parochia  
sepult. in 6. soluere iura moriaria.

Dices, quid si non habitat ex æquo: sed  
tantum aliquo tempore frequentat æstiua-  
lem animi & recreationis ergo.

**R.** Teneri ministrare parochum illum,  
in cuius parochia principalius habitat. Si  
modo parochus cōmodē illū adire potest,  
quia is vere parochus est, non alter. (b)

**b** e. Is qui de  
sepult. in 6.

Nauarr. c.

Placuit nu.

84. & seq.

Q V A E S T I O XXXIV.

*Quis Scholaribus diuersarum nationum in uni-  
uersitate aliqua commorantibus?*

Quæstionis explicatio.

**D**ifficultatem faciunt diuersæ vniuer-  
sitatum consuetudines: item distânia

vel